

## Ein rechtschaffener Mann!

Cicero hält vor Gericht (vor den „*iudices*“) eine Verteidigungs-Rede für einen gewissen Lucius Flaccus; dabei erinnert er gleich zu Beginn, dass er mit Hilfe des Flaccus einst die große Gefahr durch die Verschwörung des Catilina abgewendet hatte...

Cum in maximis periculis huius urbis atque imperii socio atque adiutore L. Flacco<sup>1</sup>,  
caedem a vobis, coniugibus, liberis vestris, vastitatem a templis, delubris, urbe,  
Italiā depellebam<sup>2</sup>,  
sperabam, *iudices*, me potius adiutorem L. Flacci futurum esse quam deprecatorem<sup>3</sup>.

Quod enim esset praemium dignitatis<sup>4</sup>, quod populus Romanus huic denegaret, cum L.  
Flaccus veterem laudem Valeriae gentis<sup>5</sup> rei publicae rettulisset?

Si esset aliquando futurum, ut<sup>6</sup> aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, numquam tamen  
existimavi, *iudices*, D. Laelium<sup>7</sup>, optimi viri filium, optimā spē praeditum, summae  
dignitatis, eam accusationem suscepturum esse.

Etenim

cum a clarissimis viris iustissimas inimicitias depositas esse vidissem,  
non putavi quemquam amicum rei publicae novas huic inimicitias<sup>8</sup> denuntiaturum esse  
nullā iniuriā acceptā.

ca 114 lat. Wörter

## BENE EVENIAT!

---

<sup>1</sup> socio atque adiutore L. Flacco: mit kameradschaftlicher Hilfe des Lucius Flaccus

<sup>2</sup> depellere: *hier* abwenden

<sup>3</sup> deprecator: Bittsteller

<sup>4</sup> dignitas: Würde, würdevolle Tat

<sup>5</sup> gens Valeria: die Familie der Valerier (zu der Flaccus gehörte)

<sup>6</sup> futurum esset, ut: es würde geschehen, dass ...

<sup>7</sup> D. Laelius: *hier der Ankläger*

<sup>8</sup> novae huic inimicitias: neue Feindseligkeiten mit diesem Mann da (*gemeint ist Flaccus*)

## Ihr seid die Retter unseres Staates!

Cicero hält vor Gericht (vor den „*iudices*“) eine Verteidigungs-Rede für einen gewissen Lucius Flaccus; dabei will er den anwesenden Richtern klarmachen, sie seien die große Hoffnung der *res publica*, die inzwischen so viel Schaden genommen hat, dass auch der Senat seine Autorität eingebüßt hat.

Tantum a vobis petimus, iudices,

ut putetis omnia rei publicae subsidia<sup>1</sup>, salutem praesentium, spem reliquorum in  
vestrā potestate et in hōc unō iudiciō positam esse.

Si umquam res publica consilium, gravitatem<sup>2</sup>, sapientiam, providentiam iudicum  
imploravit, hōc, *hōc* inquam, tempore implorat.

Estis de vestrā rē publicā iudicaturi<sup>3</sup>, de civitatis statu, de communi salute, de spe  
bonorum omnium – si qua reliqua est etiam nunc, quae fortium civium mentes  
cogitationesque<sup>4</sup> sustentet<sup>5</sup>.

Omnia alia perfugia<sup>6</sup> et auxilia ceciderunt.

Quem enim appellem, quem obtester<sup>7</sup>, quem implorem? Senatumne?

At is ipse auxilium petit a vobis et confirmationem auctoritatis suae vestrae potestati  
permissam esse<sup>8</sup> sentit.

Nisi hōc locō, nisi per vos, iudices, non salutem nostram, quae spē exiguā pendet<sup>9</sup>,  
tenebimus<sup>10</sup>.

118 lat. Wörter

## BENE EVENIAT

<sup>1</sup> subsidium: Stütze, Hilfe

<sup>2</sup> gravitas, gravitatis: (*hier*) der wichtige Einfluss

<sup>3</sup> estis iudicaturi = iudicabitis

<sup>4</sup> cogitationes: Überlegungen

<sup>5</sup> sustentare: aufrecht erhalten

<sup>6</sup> perfugium: Zufluchtsmöglichkeit

<sup>7</sup> obtestari: beschwören, anflehen

<sup>8</sup> permittere: (*hier*) überlassen, anvertrauen

<sup>9</sup> pendere *m. Abl.*: hängen *an* ...

<sup>10</sup> tenere. (*hier*) erhalten